

50.

Der Abt Ernst zu Reinhardsbrunn bekundet, daß der gottesfürchtige Graf Konrad von Wettin den aus dem Erbe des Grafen Wilhelm von Kamburg ihm zugefallenen Ort Laußnitz, nebst der Hälfte des dortigen Waldes, seinem Kloster zugeeignet habe. 1116.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 19. Phot. H. St. A. S. des Abtes abgebildet Thur. sacra 75. Gedr.: Hahn, Collectio monum. 1,75. Thur. sacra 75. Mittheil. der Gesellsch. . . . des Osterl. 8,49.*

:In nomine summe et individue trinitatis. Ernest dei gratia Reinherisbrunnensis abbas.: | Viri sapientissimi verbum dictum antiquitus divitię viri redemptio anime eius. Quod factis imitatus comes | religiosus Cōnradus de Witin tradidit ecclesię sanctę dei
10 genitricis Marię in loco Reinherisbrunno constructę | quendam locum Lvsinici dictum et dimidiam partem circumiacentis silve, quę sibi ex comitis Willehelmi de Kaemburg contigit hereditate, cum omni iure ad eandem silvam pertinente, hoc est viis et inviis cultis et incultis pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus venationibus cumque omni-
15 gena utilitate, quę exinde excogitari poterit atque provenire. Nos igitur tam presentes quam post futuros nostri cenobii fratres tanti beneficii in conspectu domini iugiter mem-
rari volentes, sed et omnes, qui hęc audierint, huius facti testes habere cupientes per huius cartę conscriptionem commendamus illorum memorię, ne ob temporum diuturnitatem umquam deleatur oblivione.

Actum anno ab incarnatione domini M C XVI, indictione VIII, temporibus Heinrici
20 Romanorum imperatoris quarti et domni Adelberti Mogontiensis archiepiscopi.

(SJFR.)

51.

*Kunigunde von Beichlingen eignet dem Kloster Nordheim einen Theil der ihr angefallenen Erbschaft zu, und Adela, die Markgräfin Kunigunde und Mathilde treten der Disposition ihrer Mutter
25 bei. — Zeuge: Markgraf Wigbert.* Nordheim, 1117.

Hdschr.: Kop. III, 168 (Saec. XVIII.) A und Kop. III, 168 (Saec. XVIII.) B. Staatsarchiv Hannover.

Gedr.: Scheidt, Orig. Guelf. 4,534.

30 *Anm.: Am Schlusse von A befindet sich folgende Notiz über das Siegel: Huius privilegii sigillum est rotundum impressum, in cuius circumferentia stat scriptum literis capitalibus: Sanctus Lampertus episcopus. In medio stat persona presulis habens in manu baculum pastorem et aliam ad benedictionem extentam. Hierauf heißt es: Idem privilegium habemus in duplici litera, in una appendet sigillum domini Maguntini archiepiscopi Adelberti, cuius circumferentia prae senio est irrecognoscibilis. In medio vero sedet in cathedra persona praesulis habens in dextra baculum pastorem, in sinistra librum clausum.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Cunigundis de Bickelingen^{a)} famu-
35 lorum Christi famula notum facio tam futuri quam presentis evi^{b)} fidelibus, quo modo vel in quibus monasterium in Northeim per Ottonem dive memorie Saxonicum ducem fundatum et in hororem sancte dei genitricis sanctique Blasii preciosi martyris consecratum nostra augmentatione succreverit et quo modo inter alia felicium hominum donaria nostra quoque largitione^{c)} novella ibidem^{d)} plantatio adoleverit. Siquidem^{e)} pro anime nostre omniumque
40 ad simile pous intendentium remedio fratrumque in eodem^{f)} loco deo fideliter servientium

51. a) Beichlingen B. b) iuc B. c) succr. — larg. fehlt B. d) ibidem fehlt B. e) siquid B. f) meorum A.